Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



exaltentur. Caput circumdantium eorum labor labi
orum ipsorum operiet eos. Cadent super eos car
bones. in ignem deicies eos. in miseriis non
subsistent. Vir linguosus non dirigetur
in terra. Viros iniustos mala capient
in interitu. Cognoui quia faciet dominus iu
dicium inopis. et iudicium pauperum.
Verumtamen iusti confitebuntur nomini
tuo. habitabunt recti cum uultu tuo.

Domine clamaui AIA.
ad te exaudi me. intende uoci mee
cum clamauero ad te. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. eleuatio manuum mearum sacrificium
uespertinum. Pone domine custodiam ori
meo. et ostium circumstantie labiis meis.
Non declines cor meum in uerba malicie.
ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem. et
non communicabo cum electis eorum. Corri
piet me iustus in misericordia et increpabit.